Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36450
Copyright: Melk, Benediktinerstift

cum malis et tarabacantis per manum
claudii. simproniani. nicostrati et ca
storii. et allata est ante conspectum
diocleciani augusti. et placuerat ei
omnia. Quibus artificibus dona multi
plicavit. Tunc dixit eis diocletianus
Volo mihi fieri columnas cum capitibus
foliatis. ut abscidantur de monte por
phiritico dictantibus claudio. simproni
ano nicostrato et castorio. Hec au
dientes philosophi indignati sunt
vehementer. Equidem iussio diocleci
ani urgebat. Accedentes autem artifi
ces ad montem. designaverunt partem
lapidis ut inciderent. Tunc oraverunt
hi sancti. et fecerunt signum crucis tristi.
dictantes atque dolantes. Ceperunt
artifices quadratarii incidere lapidem
ad collirium columne. qui etiam quotidie
operabantur per menses tres. Explicita
una columna arte perfecta. dixerunt phi
losophi ad claudium simpronianum
nicostratum castorium atque simplicium.
Vos qui dono locupletati estis. date
operam in alia columna incidenda. Vere
a nobis discere desideratis artem?
Respondentes autem hi quinque tamquam ex
uno ore dixerunt. In nomine domini nostri ihesu
christi in quo confidimus. et hanc aliam
columnam operamur sicut et priorem. Et
dantes operam cum summo studio intra
dies xxvi inciderunt aliam columnam.
Tunc philosophi indignantes dixerunt
Hec carmina non sunt nisi magice artis.
Isti sculpentes facturas diversis operibus
dabant studia et bene consequebatur ars con
silio eorum. qui nichil periculum per hec
faciebant. in nomine domini operabantur quo
tidie. Hec videntes philosophi sug
gestionem dederunt diocletiano augu
sto dicentes. Summe princeps et orna
tor seculi. magnum concilium precepti vestri
et mansuetudinis in operamentis desig
nasti. lapis preciosus incidit ad mi
rificum ornamentum rei publice vestre
et multa opera clara facta sunt in colum
narum metallo. miroque labore seren
itatis vestre. Diocletianus dixit. Vere
delector peritia horum hominum. Et
ipsos quinque viros artifices aspectibus
suis iussit presentari. Quibus letus
ita dixit. Per virtutem deorum quia sub
limabo vos diviciis et donis. tanta
sigilla precidite de monte hoc por
phiritico. Et iussit victorias et cu
pidines et conchas iterum fieri. maxime
que asclepium. Et fecerunt conchas victo
rias atque cupidines. asclepii autem
symulachrum non fecerunt. Post aliquan
tos vero dies optulerunt opera sua in diversis
ornamentis sigillorum. Similiter letificatus
est diocletianus de peritia artis quadrata
rie. Et dixit imperator ad claudium sim
pronianum. nicostratum. castorium atque
simplicium. Gaudeo in studio artis
vestre. tamen quare non ostenditis a
morem meum. ut deum asclepium tinctarum
sanitatum dolaretis? Pergite cum pa
ce. et date operam in hoc simulachro.
et leones fundentes aquam et aquilas
et cervos et gencium multarum simili
tudinem operamini. Et fecerunt omnia
secundum consuetudinem suam. excepto sy
mulachro asclepii. Post menses vero
iiii dederunt suggestionem philoso
phi diocletiano augusto ut videret
opera artificum. et iussit omnia in capitulum
afferri. Et dum allata fuissent. as
clepius non est presentatus secundum precep
tum imperatoris. Cumque nimio